

Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi
Maioris Apvd Heripolin Abbatis, viri suo æuo doctiss. ...
Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri
potuerunt, omnia**

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd
Heripolin Abbatis, viri suo æuo doctiss. Primae Partis Opera Historica,
Quotquot hactenus reperiri potuerunt, omnia

Trithemius, Johannes

Francofurti, 1601

Translatio Dvcatvs Bavariæ Ad Marchionem Avstriæ.

urn:nbn:de:0128-1-17297

for Siciliæ adiuvante se Pap
Gallia, & Sicilia comparau
tur in Italiæ contra Pap
Bauarorum & aliorum exer
cionis per se fidei domini rema
dicere Augu[n]t[us] si, iuxta q
h[oc] dicitur. Ibi Fredericu
pan[te] Welfonis casi corr

Ierum dux Welfo
10 habuit prope Winsp[er]g, ci
v[er]o, & major pars exercit
Henricus ergo dux B
auariae, & ducat[us] Bauaria
nec viore, & liberis ver
Lipoldus Marchio Austriae

LVPOLDVS March
nitorum post Henricum di
poliencioris Marchionis,
habuerat Fredericum du
catum Henrico fratri ei

HENRICVS March
Contradux relictam vi
thuri Imperatoris Gertr
Otto Episcopus B
conuersationis his tempore

RESTIT

CONRAD O rege Re
90 Conradi ducis succ
beatae Marie semper virgi
quondam ducus bauariae, d
tre Lupoldi Marchionis A

Eodem tempore Fre
primum ducem in Austria
a ducatu bauaria amauerat
que nonnullos comitatus
nem. Nam antehac Ma
corum fuissent vocati, tan
tes, & alij nobiles adhuc ter
Bohemie erexit in regnum

Henricus dux bauaria
tem vniuersque ducatus refl
iusticæ & secundum leges in
eas leges ab eo editas viol
iustitia cunctis facta, dux H
cipes illius temporis habeb

TRANSL

CVm Imperator Freder
Saxoniz ducem iam d
ceriu[er] Italiæ Imperator
decentem, sibi tantum armis
fussearet in patriam.
Vnus autem officia
centrum posuisse ad pedes, ne c
qui Imperatot, vt ducen

IOANNIS TRITHEMII

mine Mechtildem dedit Marchioni Theobaldo iuniori, quo mortuo, dedit eam comiti de Sultzbach. Quartam nomine Iuttam, accepit Fridericus dux Sueviae, quæ peperit ei Fridericum Imperatorem primum.

Welf. WELFF dux Bauariae, filius Welfi ducis, & frater iam dicti Henrici, vir bellicosissimus, ducatum Bauariae fratri dimittens Italiam petiit, & Mechtildem filiam ducis Mediolanensis accepit in uxorem, qui ambo sine liberis deceaserunt. Hic dux Welfo multa miranda fecisse prohibetur, Sueviamque igne, ferro, & cæde vastauit.

SIGEBERTVS comes Bauariae, frater praedictorum Henrici, & Welfonis, uxorem habuit Odam filiam Gebhardi comitis de Suppelberg, & Domini in Arnspurg. Qui comes in Bauariae prouincia manens, fratri ducatum permisit.

HENRICVS dux Bauariae, cognomento Superbus, filius supradicti ducis Henrici, vir fortis, & audacissimus, uxorem habuit Gertrudem filiam Lotharij Imperatoris secundi, quæ peperit ei Henricum ducem Saxonum nobilissimum, qui propter fortitudinem, & res magnifice gestas dictus LEO, dominium suum à Rheno potenter extendit, vique ad fluuium qui Albis dictus est.

Huic Henrico duci Bauariae, Lotharius Imperator cum filia Saxonie ducatum contulit; à quo omnes duces de Brunschwigg, & Lunenburg deinceps, usque ad istos qui hodie sunt, per ordinem descendunt, quod ita monstrabimis facile.

HENRICVS enim dux Bauariae & Saxonie, gener Lotharij, qui genuit ex Gertrude uxore sua Henricum cognomento Leonem, de quo vulgus miranda refert, quod cum Griffonibus pugnauerit, Leonem abduxerit, de maris periculo, per Griffonem insutus corio equino portatus fuerit. Etalia quædam multa, quæ nec improbo nec affirmo. Is Henricus genuit ex Mechtilde sorore Richardi regis Angliae filium nomine Wilhelmm, qui patre in ducatu successit, Otthonem quoque postea regem Romanorum, Henricum comitem Palatinum Rheni, & duas filias, Mechtildem & Rixam. Wilhelmus genuit Otthonem ex Helena filia regis Daniae. Otto genuit Alber- tum & Iohannem, qui duo hereditatem paternam, videlicet ducatum Brunsvicensem & Luneburgensem inter se diuiserunt, fratribus ad alia prouisis.

Anno autem Domini M C C X X X V I I I. Imperator Fridericus secundus Monasteriorum constitutus, nomen, & ducatum Saxonie ab Otthono supradicto transtulit in Albertum filium Henrici comitis de Anhalt, quem fecit ducem Saxonie, & imperij principem Electorem: Et sic Otto filius Wilhelmi ducis mansit dux Brunsvicensis & Luneburgensis. Continuantur autem duces ipsi ex linea Henrici Bauariæ consequenter, usque ad istos qui hodie viuunt, inclusiue quos recensere per singulos, nimis tediousum esset. Sufficit enim, ut certissime constet, omnes duces Brunsvicenses, à tempore Lotharij secundi, usque ad istos descendentes ex Bauariæ.

TRANSLATIO DVCATVS BAVARIAE AD
MARCHIONEM ASTRÆ.

LOTHARIO Imperatore mortuo, anno Domini M. X X X V I I. cum Henricus 40 dux Bauariae cognomento Superbus gener eius, vir potentissimus, imperium affectare videretur, veri potentiam eius principes, apud Confluentiam conuenientes, Conrādum ducem Sueviae in regem Romanorum elegerunt. Cui cum se dux Henricus Bauariae vna cum Saxonibus opponeret, tanquam non rite electo, Conrādus conuentum principium in diem Pentecostes ad Bambergam indixit, ad quam diem ipsum ducem Henricum citauit. Quæ causa omnes, cum vna cum imperatrice relictâ Lotharij conuenissent, & in gratiam Conrādi fuissent recepti, solus ipse non comparuit, habebat autem penes se insignia imperij; Coronam videlicet Caroli magni, sceptrum, pomum, lanceam Domini, & reliquias, quæ modo apud Nurnbergenses conferuantur. Quæ cum rex Conrādus ab eo saepius, ut imperij via, postulasset, obtinere non potuit. Tandem in die Petri & Pauli Apostolorū ad manus regis Conrādi hæc omnia resignauit in Ratispona. Sed gratiam cuius non obtinuit.

In diebus illis, Innocentius Papa secundus, regem Conrādum nec coronare voluit, nec Italiae introitum permittere, propter Siciliæ regnum, quod vterque ad suam potestatem pertinere dicebat, & ab ipso Papa Rogerio cuidam in feudum iam datum fuerat, quod Conrādus recuperare parabat.

Iaque Papa Henricum ducem Bauariae, & Welf fratrem eius precibus & precio cōdixit, ut regi Conrādo introitum Italiae potenti manu prohiberet. Rogerius quoq[ue] inua-
sor

CONRADVS
Salicas Im
perator.

Regalis.

for Sicilia, adiuante se Papa, maximum contra regem Conradum exercitum ex Italia, Gallia, & Sicilia comparauit. Rex itaque Conradus cum duce Sueorum Frederico i- turus in Italiam, contra Papam & Rogerium, ducem Bauariae Welfonem cum magno Bauarorum & aliorum exercitu contrarium offendit. Henricus autem dux, frater Welfonis, p[ro] sceno domi remanserat. Factum est itaque inter eos grauissimum bellum in diecisi Augustensi, iuxta quoddam ordinis sancti Benedicti monasterium, quod Nere- heym dicitur. Ibi Fredericus dux Sueorum ex parte regis victoriam obtinuit, & multi ex parte Welfonis casu corruerunt, & ipse cum paucis vix etiasit.

Iterum dux Welfo congregato magno exercitu, contra Fredericum ducē bellum 10 habuit, prope Winsberg, circa villam Ellenhoffen Herbipolensis diocesis, in quo & ipse cecidit, & maior pars exercitus sui prostrata fuit.

Henricus ergo dux Bauariae cognomento Superbus, principum iudicio excommuni- natus, & a ducatu Bauariae per Conradum regem depositus, pauper, & pedester de Baua- riā cum uxore, & liberis venit in Saxoniā, & ibi manit usque ad mortem. Ducatum eius Lupoldus Marchio Austriae à Conrado rege accepit.

LUPOLDVS Marchio dux Bauariae, iste Lupoldus Marchio Austriae, ducatum No- ricorum post Henricum ducem depositum à rege Conrado suscepit. Hic fuit filius Lu- poldi senioris Marchionis, ex Agneta filia Henrici Imperatoris quarti, quem ante Lupoldum habuerat Fredericum ducem Sueorum. Mortuo non longe post isto Lupoldo duce, rex ducatum Henrico fratri eius contulit.

HENRICVS Marchio dux Bauariae, frater Lupoldi fuit: Huic post mortem fratris, Conradus rex reliktam viduam Henrici duciā Bauariae, quem deposuerat, filiam Lo- tharij Imperatoris Gertrudem dedit uxorem, & constituit eum Bauarię ducem.

Otto Episcopus Bambergensis, filius comitis Bertholdi, audax vir, sanctissime que conuersationis his temporibus clarus habebatur.

RESTITVTIO DVCATVS BAVARIÆ AD LEGITIMOS HÆREDES.

CONRADO rege Romanorum mortuo, Fredericus huius nominis primus, filius 30 Conradi ducis successit. Hic anno Domini M. C. L V I. circa festum nativitatis beatæ Mariae semper virginis, Henrico duci Saxonie filio Henrici superioris Superbi, quondam ducis bauariae, ducatum rogantibus principibus restituit, amoto Henrico fra- tre Lupoldi Marchionis Austriae: Facta sunt hęc Ratisponę, anno ut supra.

Eodem tempore Fredericus Imperator, Marchiam Austriae in ducatum sublimauit, primum ducem in Austria constituens Henricum supradictum, fratrem Lupoldi, quem à ducatu bauariae amouerat, absoluens eum ab omni iurisdictione ducis bauariae, dans- que nonnullos comitatus Austriae Henrico duci bauariae in recompensam, & exemptionem. Nam antebac Marchiones Austriae, quotiescumque per duces bauariae ad curiam eorum fuissent vocati, tanquam subiecti illis solebant occurtere; quemadmodum comi- 40 tes & alii nobiles adhuc tenentur obedire. Idem Imperator Fridericus primus, ducatum Bohemiae erexit in regnum.

Henricus dux bauariae & Saxonie, filius Henrici Superbi, in paternam heredita- tem utriusque ducatus restitutus, summa solitudine curabat, populum sibi subiectum iuste & secundum leges in omni pace, & tranquillitate regere & gubernare. Quicun- que leges ab eo editas violasset, capite plectebatur. Vnde pace per totam Bauariam cum iustitia cunctis facta, dux Henricus in ore omniū laudem & honorem super omnes prin- cipes illius temporis habebat.

TRANSLATIO DVCATVS BAVARIÆ AD COMITES DE SCHEYEREN.

CVM Imperator Fredericus expeditionem parasset in Italiam, Henricum Bauarie & Saxonie ducem iam dictum in auxilium vocauit. Itaque Henricus cum magno exercitu Italiam Imperatori latus auxilium ingressus, ipsum Fredericum obuiū habuit, dicentem sibi tantam armorum multitudinem non esse necessariam, rogabatq[ue] ducem, vt cum suis remearet in patriam.

Vnus autem officialium ducis inde commotus dixit ad eum: *Illiſtissime Princeps, coronam posuisti ad pedes, ne caput vestrum possum ascendere.* Quod verbum in tantum dispi- cuit Imperatori, vt ducem omnibus diebus vita sua habere exosum, atque à ducatu

K

Trithemij

Op[er]a
istorica